

videtur ammissa. Qualem inquam consuetudinem placuit amputari?
Iam videtur, quae praeter regulam, hoc est absque rectitudine, in quibus-
dam partibus videtur ammissa. Nonne discretionem adhibita, quae mater
est omnium virtutum, ipsa Calcedonense concilium astuere videtur in
eo quod dicit: Clerici in alterius civitatis ecclesia statutos fieri non
oportere, exceptis illis, qui proprias ammittentes provincias ex necessi-
tate ad aliam ecclesiam transierint. Rectum est assimile, quod ten-
tissimus papa Leo censuit, ut episcopus civitatis suae mediocri-
tate contempta administrationem loci celebrioris ambire non debeat.
Unde nimirum et Gelasius dicit: Ne quisquam nullis existentibus
causis propriam desertor ecclesiae ad aliam transire non debeat.
Hoc modo etiam sanctus Gregorius Nazianzenus, non ignarus nec
contemptor Niceni concilii, de sede ad sedem translatus est. Porro
qui nulla necessitate cogente et nullis existentibus causis, sed so-
lummodo avaritia vel ambitione ad aliam sedem transfertur,
iste procul dubio praecursor rectitudinis est, esidendo propter
regulam talem quod ammissa convincitur. Ans. Formosus ergo, qui
tantummodo avaritia et ambitione cathedram mutavit, acutus est
puniendus. Def. Quod ambiguum est crimen, solius Dei iudicio sit
relinquendum, ut supra responsum est. Ans. Video te sub colore
cuiusdam cautionis dogmatizare, quatenus episcopis transmigratio
de sede ad sedem licenter fieri possit. Def. Absit, ut ex me ore
procedat, quod quisquam episcoporum tale aliquid licenter agere
possit, nisi certa ratione imminente, vel certis existentibus
causis.

26. Quod, quando Formosus inthronizatus est, non id, quod episcopus
erat, iterum accepit, sed augmentum apostolicae dignitatis, quod
non habebat, suscepit. Ans. Hactenus hinc inde contrarii scripturarum malagmaticis

est id. praeter r. tale
aliquid adm. c. 3.